De vocabulorum graecorum parathesi

dissertatio tertia

qua

orationes

ad celebrandam virorum clarissimorum

Jacobi Friderici a Rhod

et

Friderici a Groeben

memoriam

in auditorio maximo

die Maji XXII. et XXIV. habendas

indicit

C. A. Lobeck,
Prof. P. O.

Regiomonti Borussorum,
typis Academicis Hartungianis.
MDCCCXLVIII.

De vocabulorum graecorum parathesi

pars tertia.

Inseparabilia sunt adverbia priscae consuetudinis, quae tractat Schol. Il. XXIV. 657. *πόσα μέρη ἐστὶ τὸ ποσσῆμαρ; ἓν γὰρ οὐ δύναται εἶναι διότι οὐδέποτε πυσματικὸν μέρος λόγου προτάσσεται ἐξῃρημένου τοῦ ποδαπός· δύο δὲ πάλιν οὐ δύνανται εἶναι· εἰρήκει γὰρ ἂν πόσα ἤματα. Ἀπορουμένου τοίνυν αὐτοῦ κάλλιόν ἐστι λέγειν ἓν εἶναι μέρος ὅμοιον τῷ ἐννῆμαρ, ἐξῆμαρ, αὐτῆμαρ*, quod vulgo *αὐθημερόν* dicitur ut *αὐθωρόν* et *αὐτόετες*. Nobis haec paene putida videtur consultatio, sed Herodianus non alienum judicavit errantibus occurrere *παραιτητέον τοὺς κατὰ διάλυσιν ἀναγινώσκοντας*. Cum *ἐξῆμαρ* et ceteris in EM. 343, 50. confertur *πανῆμαρ*, cujus scriptura controversa est Od. XIII. 31. *ἀνὴρ ᾧ τε πανῆμαρ βόε ἕλκητον ἄροτρον·* nam Aristophanes *οὐκ ἐν συνθέσει ἀλλὰ πᾶν εἶτα κατ' ἰδίαν τὸ ἦμαρ*, sive is *πᾶν* corripi posse putavit ut *ἄπαν, πρόπαν*, sive *ᾧ θ' ἅπαν* scripsit.[1]) In Quint. L. III. 713. *ἄνεμοι — πανῆμαρ καὶ νύκτα νέκυν περιποιπνύοντες* reponendum est *πᾶν ἦμαρ*, quod Schneiderus Oppiano reddidit Hal. IV. 178. *ἀεὶ πανῆμαρ ὑπὸ γλαφυροῖσι μυχοῖσι κίχλαι ναιετάουσιν*, ubi non per totum diem significat sed per omne tempus ut Apollon. II. 530. Eadem vocula crebro componitur cum adjectivis: *τὸ πᾶν συντιθέμενον ἐν ἀρχῇ τῆς λέξεως συστέλλει τὸ ᾱ, πανάθλιος, πανίερος, παμπόνηρος, πλὴν τοῦ πανάπαλος* Epim. I. 338, 17. sed hoc arsi productum est. Et cum substantivis partim singularis numeri *πανήγυρις, πανηγεμών, παμπρύτανις, παμβασιλεύς*, partim plu-

1) *Ὧι πᾶν ἦμαρ* proposuit Nauckius in Aristoph. Fragm. p. 53.

ralibus, praecipue propriis, *Παναχαιοί*, *Πανέλληνες*[2]). Haec cum casu recto conjuncta sunt *πάντες Ἀχαιοί* etc. prioribus subest adverbium *πάντως* vel casus obliquus *κατὰ πάντα ἄθλιος*, *πάντων βασιλεύς*, omnium autem nullum est quod syntheton esse non conveniat. Nam cum adjectivis quidem accusativus *πάντα* nunc synthesi connectitur *παντάγαθος*, *παντάριστος* et in numero singulari *πανάγαθος*, *πανείκελος*, nunc parataxi *πάντ' ἀγαθός πάντ' εἴκελος* ut *πάντ' εἰκυῖα* Quint. XII. 107. v. ad Aj. v. 1415. Sed cum substantivis una ratione *παντάναξ*, *παντεργάτης* et alia veteribus aequaliter ignota. Appositionis exempla nulla inveni nisi quod Hermannus in Sophoclis Ant. 717. *ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων* duobus vocabulis *πάντ' ἐπιστήμη* unum significari arbitratur perfecta consummataque scientia, quo modo etiam Trach. 338. *τούτων πάντ' ἐπιστήμην ἔχω* accepisse videtur. Sed et hoc aliter interpretatur Schaeferus *κατὰ πάντα*, idemque quadrat ad illum locum *ἀνὴρ κατὰ πάντα ἐπιστήμης πλέως* sive uno vocabulo *πανεπιστήμων* et nihil obstat quominus *πάντα* pro masculino numeri singularis habeamus *πᾶς πλέως ἐπιστήμης* totus refertus scientia sicut idem poeta dixit *πᾶς ἄναγνος* totus sceleratus. Adeo cerea est poetarum interpretatio et flexibilis in quamcunque partem ducatur. Cum *πᾶν* conveniunt *μέγα* et *πολύ*. Illud poetae antiqui frequenter praemittunt adjectivis sic ut particulae epitaticae vim obtineat *μέγα νήπιος*[3]) *μέγ' ἄριστος* et interdum etiam scriptores poeticae dictioni propiores *μέγα ὄλβιος* Herod. *μέγα εὐδαίμων* Xenoph. v. Jacobs.

---

2) Appellativorum exemplum unicum est Oppian. Cyn. I. 453. *μέροπες μὲν ὄμμασι τεκμήραντο κέλευθα, μυξωτῆρσι κύνες δὲ πανίχνια σημήναντο*, quod pro *πάντα ἴχνια* accipitur. Sed dubito an corrigendum sit *παρ' ἴχνια σημ.* id est *παρεσημήναντο*. Pro *πανδείματι* Pind. Tr. CXCVI. scribendum *πανδείματοι* vel ut Bergkius *πανδείμαντοι*. In Soph. Phil. 915. *ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν δεῖμα* nemo tentavit *πάνδειμα* proponere.

3) Pro *μεγαλονηπίους* Tzetz. ad Hes. Opp. 129. quod in Thes. omissum, Edd. vett. *μεγάλους νηπίους* praebent, quo modo quidam adulterinam scriptionem Odyss. XXIV. 229. *μέγας δ' ἔτι νήπιος ἦα* accipi posse credidit *δύναται καὶ ἐπιτάσεως εἶναι ἀντὶ τοῦ πάνυ ὡς καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ μέγας μῶρος*.

ad Aelian. p. 62. nec solum adjectivis sed etiam substantivis, quae vocantur, attributivis *μέγ' ἄναξ* Hes. Theog. 486. *μέγ' ἐΰμμελίης* Quint. IV. 127. Illam vero interiorem societatem, quae synthesi efficitur, cum neutro horum generum coire solet; nam pro *Μεγάφρονες μεγαλόφρονες ἢ μεγάλως ἄφρονες* Hes. Stephanus vere corrigit *μέγ' ἄφρονες* deleto proximo, quod Lexicographus ipse damnavit adscripto *ἢ μεγάλως ἄφρονες*. *Μεγατίμιος* ter legitur in Theophyl. Sim. Hist. I. 10, 21. A. III. 12, 78. D. IV. 7, 100. B. ut in cod. Aelian. H. An. I. 59. sed disparatis vocibus *χεὶρ μέγα τιμία* IV. 3, 93. eodemque modo apud Aelian. V. H. VII. 8. Suid. s. *Μίλητος* p. 765. ed. Bernh. et alios. *Μεγακήρυξ* condonandum est Theodoro Prodromo, qui si *μεγαλοκήρυξ* scripsisset, insolentiae haberet minus; hoc enim complures hujus inscitae aetatis scriptores utuntur ut Nicetas Ann. XX. 6. 373. et alii v. ad Phryn. 600. sed neutrum eo valet ut Schneidero ad Plat. Civ. T. III. p. 40. concedam Platonem *μεγαβασιλεύς* dicere potuisse, quod in uno cod. scriptum est. Ab his separari oportet *μεγαβρεμέτης, μεγασθενέτης,* quae recte sub uno ponuntur accentu ut *ἐριβρεμέτης, μεγαλοβρεμέτης·* nam simplicia *βρεμέτης σθενέτης* non magis in usu sunt quam *δερκέτης, μενέτης* et his similia. — Adjectivum *πολύ* poetae adhibent amplificandae adjectivorum significationi *πολύκοινος, πολυδαίδαλος,* cetera; quo de genere multa scriptores posterioris aetatis in solutum transtulere sermonem *πολυάγαθος, πολύσοφος, πολυμάταιος, πολύφαυλος, πολύξηρος, πολυποίκιλος,* quod etiam nunc in usu est, et trisyntheta *πολυάγρυπνος, πολυεύσπλαγχνος, πολυεύπορος,* quod hoc modo ap. Cedrenum legitur, sub duobus vero accentibus ap. Malelam improbante quidem Schaefero ad Dion. p. 200. b. sed difficili et ad assentiendum et ad contra dicendum optione; nam diastolae quoque exempla non desunt: *πολὺ ἀφόρητος* Lucian. Dial. Mer. IX. §. 3. *πολὺ εὔηθες* Palaeph. c. XXI, 1.[4]) *βροτῶν πολὺ πάνσοφος ἄλλων* Anth. XIV. 102. pro

---

4) In Themist. XXII. 281. A. *πολὺ δὲ ἀθόρυβος ἡσυχία κατεῖχε τὸν τόπον* Stephanus dubitat utrum *πολὺ* in *πολλὴ* mutandum an pro *ἐπιπολύ*

quo in libris Sibyll. πολυπάνσοφος reperitur; πολὺ πικρά - γράφεται πολύπικρα ἐπίῤῥημα Schol. Od. XVI. 255. idque nunc locum obtinuit eodemque modo scriptum est πολύπικρος ἐρωή Apollinar. Psalm LXV. 15. pro Θεσμοφόρω πολὺ πότνιαι Arist. Thesm. 1156. Vossius ad H. H. in Cer. 211. tacite substituit compositum, quod novissimi editores receperunt; τὸ πολὺ πρώτιστον τινὰ τῶν' ἀντιγράφων ὑφὲν γράφουσιν Eust. 362, 12. sed comparativis et superlativis apponitur potius quam componitur, πολὺ πρῶτος, πολὺ ἄριστος, πολὺ μέγιστος, πολὺ φέρτατος, excepto uno πολυκύδιστος quod bis in Anthol. legitur et in Apollinar. Ps. XCI. 2. nisi id quoque diducendum est. Cum substantivis πολύ non conglutinatur; nam πολυπλαγκτοσύνη parasyntheton esse a πολύπλαγκτος cognoscitur ex aliis quae, quia simplicia non extant, pro synthetis haberi non possunt, πολυμαθημοσύνη, πλατυῤῥημοσύνη, εὐσχημοσύνη, eademque ratione ab adjectivis sic compositis ut novitium πολύσοφος distant verbalia gravissimorum auctorum usu celebrata πολύκμητος, πολυάρατος, πολύθυτος etc. Namque nullum quidem est genus verborum, a quo adjectiva in τος effingi non potuerint sed a plurimis nulla ficta sunt ipsumque hoc πολύθυτος cum affinibus ἄθυτος, πάνθυτος, ἱερόθυτος a verbo quidem profectum est perinde ut εὔεικτος, ἄῤῥωστος, ἄπληστος, sed sine interventu adjectivi simplicis θυτός, quod nunquam in usum venit, et πολύκμητος, ἄκμητος a stirpe verbi, non a κμητός, quod norma loquendi respuit v. Proll. 193. Sic multa in hoc genere.

§. 2. Tertio loco adnumerandum est adjectivi ἐΰς genus neutrum adverbii vicem explens in compositis potestate duplici; nam in εὔξενος propriam suam significationem obtinet, ideoque ab adjectivo divelli nullo pacto potest; saepius vero particulae

---

sumendum sit. In Phalar. Ep. CXXVIII. 1. πολὺ δεινὰ βεβούλευσαι κατ' ἐμοῦ Lennepius πολλὰ καὶ δεινά scribi jubet; lenius remedium praebet πάλαι. Πολλὰ δεινός Soph. Ant. 1034. pro πανὺ δ. positum videtur ut πολλὸν ἀναλθές Nic. Al. 246. et πόλλ' ἄθλιος v. Valck. Phoenn. 624. πυκνὰ ῥωγαλέος Od. XVII. 198.

epitaticae loco praemittitur sic ut omissa non admodum desideretur, *εὔζωρος*, *εὐποίκιλος*, *εὐστρόγγυλος*, quae dissociari vetat accentus[5]) *εὐπίων*, *ἐϋπλείη* hac nota carent sed sustinentur consensu codicum. Nec tamen eadem omnium conditio est; *εὐιέρος* legitur quidem saepius (locis in Thes. citatis adde P. Silent. Ecphr. Soph. 9. Amb. 117.) sed pro *εὐιέραις*, quod Hermannus reposuit in Orph. H. VI. (VII.) vett. Edd. praebent *εὖ ἱεραῖς*, quod propter femininam positionem conjuncto praestat; nam *εὐίερος* et *ἀνίερος* minus mobilia sunt; nec tamen alibi sic scriptum reperi praeter Theocr. Epigr. IV. 5. (Anth. IX. 437.) quo loco nunc alia recepta est lectio. *Εὔμεγα* in *εὖ μέγα* mutandum esse probatur eo quod *μέγας* uni vocabulo *πᾶς* subnectitur v. Parall. 221. *εὐκλεινός* Anth. App. n. IX. v. 47. dubium utrum dissecandum an uni accentui sed retracto subjiciendum sit; *εὖ λεπτῶς* recte scribitur in Andromachi versibus Galen. de Antid. I. 6. p. 42. T. XIV. *Εὐάλωτος*, *εὐκίνητος* manifesto syntheta sunt eademque ratione cetera adjectiva in *υς* exeuntia cum verbalibus componuntur *ταχύαλωτος*, *ὠκυδίδακτος*, *ὀξυκώκυτος*, *ταχυκίνητος*, *βραδυκίνητος* et cum adjectivis primitivis *ὀξύλαλος*, *ἡδύλαλος*. Sed valde incerta est eorum cum participiis conjunctio; *εὐρυκρείων συνθέτως ἢ εὐρὺ κρείων ἐν παραθέσει* Eust. 57, 28. *τὸ εὐρὺ ῥέων γράφουσί τινες ὑφ' ἕν* p. 360, 10. parique inconstantia duo ejusdem Homeri epitheta *λιγυπνείων* et *βαρυστενάχων*. Apud posteriores vero poetas plerumque *εὐῤῥείων*, *βαθυῤῥείων*, *βαρυπνείων*, *εὐρυμέδων*, rarius distincte *εὐρὺ ῥέων* Pind. Ol. V. 42. *ὠκὺ ῥέων* Anth. IX. v. 1. quae scriptura naturae propior et sermoni soluto unice apta est ut *τοῦτο οὐ φαῦλόν ἐστιν ἀλλὰ ὀξὺ βλέποντος* Plat. Civ. II. 386. C. id est *ὀξυδερκοῦς*, sed synthesin quoque admitti posse apparet ex eo quod eadem participia etiam cum corruptis componuntur *ὑγρομέδων*, *ποντομέδων*, *θεμιςκρέων* v. ad Phryn. 564. eaque poetae ipsi usi videntur ubi epitheton ornans quod dicitur, significare vellent velut *Ἀξιὸς εὐρυρέων*, *βαθυῤῥεί-*

5) *Εὔλαμπρος* e Poll. IV. 183. nunc remotum est; de *εὔθερμος* dubitatur.

οντος Ἀράξεω, quod ad notionem simplicis εὐρύς, βαθύς redigi potest sed non ita τοῖς δὲ βαρὺ στενάχων μετέφη Il. IV. 153. Ζεὺς εὐρὺ ἀνάσσων Ὀλυμπίας Pind. Ol. XIII. 34. Hac ratione ductus Graefio accedo in Nonn. Dion. XI. 237. ἄνθος ταχὺ φθιμένης ἀνεμώνης in unum contrahenti tanquam compositum ut νεοφθίμενος, sed in Paraphr. VI. 115. praeferenda videtur diastasis ἐάσατε σύνδρομον αὔραις δαῖτα ταχὺ φθιμένην. Quanquam hoc non ita apertum discrimen est ut quoquo loco appareat, non solum in hoc genere vocabulorum sed etiam si partipia adverbiis applicantur, de quo in tertia hujus disputationis parte dicetur. Duo adjectiva qualitatis componuntur aut ex duobus nominativis, cujusmodi esse puto antitheta θρασύδειλος, γλυκύπικρος, aut ex imparibus casibus, sic ut altera pars alteri non connexa sit sed subnexa; quomodo λευκέρυθρον dici videtur quod in summa rubrum sit admixto albo et contrarium ἐρυθρόλευκον ex rubro albicans; quas notiones poetae duabus vocibus exprimere solent, adjectivo et participio ἕλκος λευκὸν ἐρευθόμενον ex rubro albicans Nonn. XXIX. 102. νῶτα χιτῶνος γλαυκὸν ἐρευθόμενα P. Silent. Tab. Mund. 85. ἵπποι φαιδρὰ φαληριόωντες Il. 231. χρωτὶ μέλαν στίλβοντι Soph. II. 222. vel duobus adjectivis ἄνεμοι κελαδεινὰ δυσηχέες Quint. XIV. 482.